

cap. 187 Modus procedendi quando papa vult principes seculares corripere.

Qualiter autem papa debeat imperatores aut principes vel prelatos seu quemcumque alium corripere, habetur Mathie <xviii.>¹⁾, quod ipse, dum scit aliquem esse in peccato mortali, debet dulciter verbo vel scripto admonere, ut a peccato desistat. Quodsi contempnit, iterum debet publicam correctionem adhibere; quodsi non corrigitur, potest eum excommunicare et omni dignitate privare. Unde beatus Thomas in postilla prime ad Corinthios capitulo quarto²⁾ dicit, quod pro quocumque peccato mortali potest homo excommunicari etiam propter ebrietatem, quando esset peccatum mortale; etiam propter maledictionem, quo aliquis nocet proximo suo non solum factis sed etiam verbo, mala imprecando vel etiam diffamando per detractionem vel malla in fatiem dicendo, quod pertinet ad contumeliam. Et talis sic excommunicatus debet vitari quantum ad salutationem locutionem et principalius quantum ad orationem et sacramentorum comunem.

cap. 188 Ordo depositionis regis Franchorum.

Hunc debitum ordinem tenuit papa romanus circa Hyldeicum regem Franchorum. Ipse enim erat inutilis regno et remissus, glosa decreti¹⁾: 'Id est dissolutus cum mulieribus et effeminatus.' Quo audito quod nec fatiebat iustitiam, unde quia papa specialiter^{a)} de spiritualibus habet se intromittere, ideo deficiente iustitia, que est virtus spiritualis, papa²⁾ ipsum admonuit^{b)}, ut cederet regno, quo erat insufficiens et indignus, et quod cum sana conscientia non poterat illud regnum tenere. Ipse autem rex verba summi pontificis despexit; et tunc papa ipsum excommunicavit et omnes eius fideles a fidelitatis iuramento absolvit. Cum autem rex nec sic obediret, ipsum regno Franchorum privavit²⁾ et de consilio principum Alamanie ipsum in monachum tonsoratum in monasterio inclusit et Pipino grosso regnum Franchorum contulit et in civitate maguntina³⁾, que tunc erat regum Franchorum sedes, inungi precepit et, ut de cetero illud regnum non per successionem sed per electionem iret, ordinavit. . . .

cap. 189 Sex de causis papa resumit temporalis domini executionem¹⁾.

In pluribus aliis etiam^{a)} casibus papa resumit temporalis domini immediatam executionem, sicut habetur Extra. qui filii sunt legiptimi. *Per venerabilem*²⁾. Sunt autem VI^{b)} casus, qui notantur in iure. Primo, cum vacat imperium, Extra. de foro com. *Licet*³⁾; et tunc exercet iurisdictionem temporalem per

cap. 187 ¹⁾ Mt. 18, 15—17. ²⁾ Exp. in ep. ad Cor. I 5, 3 (ed. Cai S. 282 f.).

cap. 188 ^{a)} specialiter papa tr. B ^{b)} admonuit (amonivit B) ipsum tr. W
¹⁾ C. 15 q. 6 c. 3 Gl. ad v. Inutilis. ²⁾ papa — privavit vgl. Petrus de Palude, Tract. de pot. papae 266, 22—26 und 264, 22—25. ³⁾ Vgl. CM cap. 586 f. 166^r (Ceruti S. 544): in civitate maguntina, que erat tunc temporis regum Franchorum inclita sedes, ut dicit Pantheon (Gottfried von Viterbo, MG SS 22, 207).

cap. 189 ^{a)} etiam aliis tr. W ^{b)} V BW

¹⁾ Vgl. zu dem ganzen Kapitel CM cap. 371 Glosa und Johannes Regina von Neapel, Quaestio 39 S. 338 bB—C; ferner Aegidius Romanus, De eccl. pot. 3, 7—8 S. 179 ff., Jakob von Viterbo, De reg. christ. 2, 8 S. 254 f. und Alexander a S. Elpidio, De eccl. pot. II 8, 13 S. 25. Zu den kanonistischen Vorbildern vgl. B. Tierney, Speculum 37 (1962) S. 52 f. ²⁾ X. 4. 17. 13. ³⁾ X. 2. 2. 10.